UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

R. P. D. Antonini Diana Panormitani, Cler. Reg. & S. Officij in Regno Sicil. Consultoris, Practicæ Resolvtiones Lectissimorvm Casvvm

Diana, Antonino

Antverpiæ, 1645

Vniuersitas.

urn:nbn:de:hbz:466:1-41753

Visual Library

tantùm ſimplex fornicatio. Vaſquez & alij 8. *ib. reſ.* 10. *&* 11. *& p.* 3. *tr.* 4. *reſ.* 67.

Vniuerſitas.

QVi in Vniuerſitate promouetur ad gradum academicum, non habens omnia requiſita à ſtatutis Vniuerſitatis, vt quia non interfuit curſibus debitis, &c. non peccat mortaliter, ſecluſo iuramento. Sanch. *p.* 4. *tr.* 4. *reſ.* 173.

Votum.

1 VOtum de non procurando, vel acceptando Epiſcopatu, vel officio Iudicis, Senatoris, &c. validum eſt. Suar. & alij 5. *p.* 6. *tr.* 7. *reſ.* 27.

2 Qui dubitat an votum emiſerit, vel an ſufficientem habuerit vſum rationis, non tenetur. Quando autem vouit poſt ſeptennium, præſumitur pro voto. Suarez & alij. Hinc 1. certus ſe vouiſſe Religionem, ſed dubius an aliquam in particulari, poteſt quamlibet ingredi: vel qui vouit non accedere ad feminam, & dubitat an intellexerit de acceſſu fornicario tantùm, an etiam maritali, poteſt vxorem ducere. Sancius